MISSALE PRAGENSE

Prag/Strachov, 2. Hälfte 14. Jh. Seite 22r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308

Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tum fecerunt unanimi-
ter in eum. Et eicientes eum
extra civitatem lapida-
bant. Et testes deposuerunt
vestimenta sua secus pe-
des adolescentis qui vo-
cabatur Saulus. Et lapida-
bant Stephanum invocan-
tem et dicentem. Domine
Ihesu suscipe spiritum meum.
Positis autem genibus cla-
mavit voce magna di-
cens. Domine ne statuas
illis hoc peccatum. Et cum hoc
dixisset obdormivit in domino.
Sederunt principes et Gr.
adversum me loquebantur et
iniqui persecuti sunt me. V.
Adiuva me domine deus meus salvum
me fac propter misericordiam tuam.
Alleluia. V. Video celos apertos
et Ihesum stantem a dextris vir-
tutis dei. Sequencia.
Hanc concordi famula-
tu colamus sollempni-
tatem. Auctoris illius ex-
emplo docti benigno. Pro
persecutorum precatus fraude
suorum. O Stephane signifer
regis summi bone nos exau-
di. Proficue qui es pro tuis
exauditus inimicis. Pau-
lus tuis precibus Stephane te
quondam persecutus Christo cre-
dit. Et tecum tripudiat
in regno cui nullus persecutor
appropinquat. Nos pro
nobis nos supplices ad te cla-

22